



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 2. Peccat-ne sacerdos omittens particulam Enim?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

*De Sacram. Euchar. Cap. III. 141*  
 nitur adoranda. Nunquam tamen unam speciem sine alia consecrari licet, quia non licet alio modo Eucharistiam consecrare, quam eam Christus consecrandam imperavit: at Christus utramque speciem indivisim consecrandam præcepit, ut ait Concilium Tridentinum. *Christus Corpus & sanguinem suum sub speciebus Panis, & vini Deo Patri obtulit, ac sub earundem rerum Symbolis, Apostolis, quos tunc novi Testamenti Sacerdotes constituabat, ut sumerent, tradidit, & eisdem, eorumque in Sacerdotio successoribus ut offerrent, præcepit per hæc verba: HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM: uti semper Catholica Ecclesia intellexit, & docuit.* Sess. 22. c. 17

#### CAPUT IV.

##### *De Forma Sacramenti Eucharistia.*

*Quæst. 1.* QUÆNAM est forma consecrationis Panis?

*Resp.* Consistit essentialiter in his solis verbis; *Hoc est Corpus meum*: ut enim ait Catechismus Concilii Tridentini; *Itaque à sanctis Evangelistis Mattheo, & Luca, itemque ab Apostolo docemur illam esse formam, Hoc est Corpus meum*: Igitur nec particula enim, nec alia verba sunt de essentia consecrationis. 1. p. De Euchar. Sacramento n. 10.

*Quæst. 2.* Sacerdos omittens particulam enim in consecratione, peccaret-ne?

*Resp.* Ex Divo Thoma. *LY ENIM sublatum non tollit debitum sensum verborum. Et ideo non impedit perfectionem Sacramenti; quamvis possit contingere quòd ille qui prætermittit, peccet ex negligentia vel contemp-* D. Th. 3. p. 1  
q. 60. art. 2.  
in corp.

Idem q. 78. *tu.* Et in alio loco ait : *Hac conjunctio ENIM*  
 art. 2. ad 5. *apponetur in hac forma secundum consuetudi-*  
*nem Romana Ecclesia à beato Petro Apostolo*  
*derivatam , & hoc propter continuationem ad*  
 In 4. dist. 8. *verba precedentia. Quare , ut ait sanctus Bo-*  
 q. 3. *naventura. Si quis tamen formam Ecclesia ex*  
*certa scientia mutat , graviter peccat.*

*Quest. 3. Forma consecrationis sanguinis*  
*consistit-ne essentialiter in illis verbis , quibus*  
*uitur Ecclesia : Hic est enim Calix sanguinis*  
*mei novi & æterni Testamenti , &c ?*

5. Bonavent.  
 dist. 8. p. 2.  
 in exposit.  
 textus.

*Resp. Ex Divo Bonaventura : Dicendum*  
*quòd circa hoc sunt dua opiniones ; alii qui*  
*dicunt quòd vis data est verbis. Quod solum*  
*his verbis fit consecratio , qua dicit Ecclesia ;*  
*& si verba immutantur , quantumcumque sit*  
*sensus idem , non conficitur : & ideo dicunt,*  
*quod in his verbis non sit confectio seu conse-*  
*cratio , & dicunt quòd Magister non dat ibi*  
*formam. Alii dicunt aliter , quòd mutatio in*  
*modo enuntiandi , dum tamen servetur sensus*  
*non impedit consecrationem. Vnde in forma*  
*quam ponit Magister , ita benè est consecratio,*  
*sicut in forma qua ponitur in Canone. Verum-*  
*tamen hoc asserendum est , quòd in forma qua*  
*in Canone scribitur , conficitur Sacramentum,*  
*de hac utilius est dubitare. Quis enim potest*  
*scire , utrum Evangelista , aut ipse Apostolus*  
*formam intenderent describere : ideo melius*  
*est hìc piè dubitare quàm presumptuosè defi-*  
*nire. Credo tamen quod si quis ita conficeret,*  
*non esset parvipendendum , imò honor & re-*  
*verentia esset exhibenda propter periculum,*  
*& propter hoc quod non possumus discernere,*  
*quia majus periculum est in contemnendo*  
*Hostiam consecratam , quàm non consecratam*  
*venerari pro consecrata , ut putà si non con-*  
*secrata commisceatur aliis consecratis , à qui-*